



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 19. Bellum in Belgio inchoatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. „a Cæsare data sibi haud fatis cautum
 A. C. 1624. „esset, cum ab eo pro hæretico habe-
 „retur, Catholici autem hæreticis si-
 „dem non esse servandam docerent, a-
 „liunde vero tenello filio suo, si in Aula
 „Cæsaris educaretur, ingens Religio-
 „nis suæ periculum immineret: para-
 „tis igitur in subsidium Imperii Princi-
 „pibus, Dano, Saxone Brandeburgo,
 „& Anglo, satius esset, ablata aperto
 „bello vindicare. „ Hæc Fridericus ad
 Socerum suum Angliæ Regem: Cæsar
 vero, cum res ad bellum spectare co-
 gnosceret, per Tillium Comitem Ca-
 tholici exercitus Ducem Principes ac
 Saxonix Inferioris Ordines hortabatur,
 ut Batavorum, qui Cæsarem ac Im-
 perii Principes ei unitos obruere ma-
 chinarentur, sollicitationibus aures mi-
 nime præberent. Verum surdis cane-
 batur; quocirca Ferdinandus Impera-
 tor, ne Religio & Imperium periclitat-
 retur; vim vi repellere cogebatur.

§. XIX.

Bellum in Belgio inchoatum.

Barre Hist. Inter bellicos hosce Protestantium ap-
d' Allem. t. 9. paratus Philippus IV. Hispaniæ Rex
Bellus laur. haud otiaandum ratus, Ambrosium Spi-
lib. 7. nolam Hispani exercitus Ducem ad
 omnes casus intentum esse iussit; no-
 verat

verat enim, quod Mauritius Arausio-
 nensis Princeps cum septendecim, &
 Henricus ejus frater cum octo circiter
 armatorum millibus in Clivienſi Ducatu
 caſtra locaſſent, in Palatinatum irru-
 pturi: Horum igitur motus præventu-
 rus Spinola, exercitum triginta millium
 in Brabantiam duxit, Bredam obſeſ-
 furus. Henricus quoque Comes de
 Bergen ſeu Monteniſis cum decem ſuo-
 rum millibus Velaviam invaſit. Interea
 vero Spinola die vigefima ſeptima Au-
 guſti Bredam urbem obſidere cæpit,
 ac Mauriti, qui obſeſſis auxiliatum
 venerat, exercitum crebris velitationi-
 bus adeo imminuit, ut hic Hiſpanis
 ſaltem annonæ ad caſtra advehendæ
 opportunitatem intercluſurus, motis
 caſtris Mechlinium contenderet, ubi
 Antverpienſem arcem ruruſ inopino
 impetu obruere ſtatuit, ac triginta ſex
 curruſ, in quibus omniſ generiſ in-
 ſtrumenta bellica erant incluſa, teliſ
 rubra cruce (quod erat Hiſpanorum in-
 ſigne) pictiſ contegi juſſit, necnon quatuor
 peditum millia, totidemque Equitum
 cohorteſ, perinde acſi annonam in Bre-
 dana Hiſpanorum caſtra comitarentur,
 admovit. Jamjam noctiſ beneficio die
 duodecima Octobriſ ſcalas mœnibuſ
 ponteſque ſuper foſſaſ injecerat, cum
 ex inſolito fragore ex arcis cuſtodibuſ

Sæc. XVII.
 A. C. 1624.

*Le Siege de
 Breda Herm.
 Hugo. p. 50.
 Newlll. hiſt.
 d' Holl. t. I.
 cap. 10.*

Sec. XVII quidam, quod rei esset, suspicatus, A. C. 1624. hostem instare exclamaret, moxque omnes præsiarii in Batavos tam denso globorum grandine detonarent, ut Mauritius cum suis præcipiti fuga salutem consulere, currusque & cetera instrumenta velut rei jam secundo incassum tentatæ monumentum post terga relinquere cogeretur.

§. XX.

Vallistelina a Gallis vi occupata.

*Ferreiras
cont. Hist.
Hisp. t. II.
c. I. p. 417.
Gramond.
Hist. Gall.
lib. 13.*

Nil propius esse credebatur, quam Valtelinis Catholicis pacem, Religionisque libertatem restitutum iri, postquam inter Hispaniæ & Franciæ Reges convenerat, ut Urbanus VIII. Pontifex Maximus Valtelinam depositi nomine retineret, donec res inter utrosque Reges componeretur: cum vero Rhætiæ Protestantes Papæ auctoritatem & Bagnii Marchionis, qui Horatio Ludovisio Romam reverso in exercitus imperio successerat, legiones sibi exosas haberent, Ludovici XIII. Franciæ Regis, qui cum Helvetiis, Batavisque foedus inierat, auxilium implorarunt. Hic vero eo lubentius in eorum vota descendit, quo ardentius hanc Provinciam sibi vendicare, Hispanosque expellere ambiebat, eapropter Hanniba-